

1728

Duce Jesu, Auspice Christo

DISPUTATIO JURIDICA

XL. 5850

1632, 49

CONTRACTUS EMPHYTEVTICI,

Quam

Consensu permisuque Magnifici,

Nobilissimi, Amplissimiique Jurisconsultorum Ordinis,
in illustri Academiâ Lipsiensi,

P R A E S I D E N T E

Viro Amplissimo, Consultissimo, & Excellentissimo

Dn. QUIRINO SCHACHERO, Phil,
& J. U. D. & Facultatis Juridicæ Assessore,

*Publicè ventilandam excutiendamq;
proponit*

HIERONYMUS BOTICHERUS

Hamburgensis Saxo,


In auditorio consveto horis solitis, die 16 Februarii,

M. D. C. XXXVII.



LIPSIAE,

Typis bared. FRIDERIGI LANGKISCH.



D. D. D.



Uiratum in legibus Conventio, quâ de
agere intendimus, vocatur EMPHYTEUSIS, vel Con-
tractus emphyteuticus, sive emphyteuticarius: con-
venienter & appositè sanè, à melioratione, propter
quam uterq; contrahtentum istam conventionem
inire præsumit & impellitur. Est enim græcum
vocabulum ἐμφυτεύσις, à verbo ἐμφυτεύω, quod insero, vel (ut no-
stri loquuntur) meliore, significat, descendens. Unde & nostrum
germanicum Impfßen ortum fuisse conjicit. Sich. ad rubr. n. 4. C. de
jure emphyr.

II. HABUIT autem hoc nomen & ante Imp. Zenonem. Qui
enim autumant hanc appellationem fuisse incognitam anterioribus
Impp. & JCtis, & statuunt Imper. Zenonem præd. conventionem ita
nominasse primitùs, illi magnum errant errorem, quem unusquisque
facilè deprehendere poterit, ex l. sciendum 15. §. 1. ibi: vectigalem, id
est, emphyteuticarum. ff. qui sacris d. cogan. l. sed si 3. §. si jus ἐμ-
φυτεύον vel ἐμφατεύον, 4. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. i. C. de off.
Com. sacri palat. & sæpiùs ex omnibus fermè ll. titulorū Cod. defund.
patrim. Et de loc. præd. fisc. lib 11. Multum quidem debet præmemo-
rato Cæsari contractus noster emphyteuticus: Nam, cum inter vete-
res JCtos dubitabatur, Q U A L I S N A M C O N T R A C T U S (ita pro talis in-
versi sed talis contractus §. adeò 3. 3. de locat. conduct. legimus qualis,
ut verba sensum habeant) & à quibusdam emptio existimabatur, ipse
litem istam diremit. & l. i. C. de Ju. emphyt. tulin, quæ naturam em-
phyteuseos contractus statuit propriam, neq; ad locationem, neq; ad
emptionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam. Verùm
quod vitam & nomen ab ipso accepisset, hoc nunquam confitebitur,
imò nec ipse Imp. sibi unquam arrogavit.

III. Fuit & appellata P E R P E T U A L O C A T I O - C O N D U C T I O , quod cùm
ex l. viam veritatis 10. ibi: sive perpetua conductio, C. de locat. con-
duct. l. cotem 11. §. agri publici, qui in perpetuum locantur. 1. ff. de publ.

Vestigal. tū ex eis, quod perpetuū locare, phrasis sit frequens in legibus, & idem denotet, ac ita locare, ut quamdiu pensio solvatur, tamdiu nec ipse conductor, nec ejus successores in fruitione rei inquietentur, liquidò apparet, l. i. ibi: qui in perpetuum locantur, id est, hāc lege, ut tamdiu, &c. ff. si ager vestig. §. adeò 3. ibi: prædia quæ perpetuū fruenda traduntur, id est, ut quamdiu pensio &c. f. de locat. cond. Sicuti & perpetuarii conductores nihil aliud sunt, quām emphyteutæ vel emphyteuticarii, l. loca 3. ibi: perpetuariis conductoribus locentur, C. de locat præd. civil vel fiscal lib. II. tit. 70. l. i. ibi: perpetuariis, quater in l. f. C. d. t. & jus perpetuum idem est quod emphyteuticum, l. i. ibi: perpetuarii, id est emphyteuticarii juris, C. de offic. Com. sacr. palat. l. i. 3. 4. II. C. de fund. patrim. lib. II. tit 71. l. fin. C. de locat. fund. lib. II. tit. 74. Diss. Dd. qui locationes quinquennium sive lustrum, vel decennium excedentes, ad differentiam earum, quæ ad minus tempus restrictæ, & temporales ab ipsis vocantur, solūm perpetuas indigent, quasi verò locationes temporales non possint etiam ad viginti & triginta annos extendi, uti videmus manifestò ex locationibus rerum Ecclesiasticarum, quas Imp. Justinianus exceptit, & in l. Constantinopolitana 24. §. 3. C. de SS. Eccles. ad vicesimum, & rursus in Nov 120. c. 3. ad trigesimum annum arctavit, satis eō ipso innuens, in quantoscunque annos contrahentibus placuerit, reliquas locationes temporales esse concessas. Ut taceamus sèpissimè in legibus occurrere casus, ubi in plures annos locationes factas fuisse animadvertisimus, faciunt l. si in lege 24. §. qui in plures. fin. l. qui fundum 32. l. qui in plures 60. ff. loc. cond.

IV. Atq; hinc Gloss. Dd. magnam inferunt injuriam, l fin. ff. si ager vestig. dum eam solūm de locatione ad tempus quinquennio vel decenio majus exaudiunt. Quid enim obstat, cur non quoq; conductori agric non vestigalis danda sit actio adversus possessorem intrà tempus conductionis? Demonstrent nobis ex II. phrasin, conductum habere agrum ad tempus, quā utitur JCtus in d. l. fin. idem significare, quod conductum habere agrum ad tempus decennale, vel decennium excurrens. Nobis, longioris temporis adjectio, non facit perpetuam locationem, sed conventio, eā lege celebrata, ut quamdiu vestigal solvit, fundus non possit auferri possessori, quæ certi temporis considerationem respuit, & econtrà quandam perpetuitatem inducere videtur.

V. In

V. In nostra vernacula lingua appellatur emphyteusis, ein Erbginsvergleichung/ Erbbestendniss/ Erbleyhe/ Vererbung/ Erbrecht/ ad differentiam contractus censitii, dies schlechten Zinses halben: & emphyteuta, Ein Erbmietman vel Erbrechter/ Erbbestender/ Jus emphiteuticum Erbzins Recht/ Erbrecht simpliciter, ut passim in Germania teste Giph. in lect. Altorp. ad C. super 3. l. hujus tituli in fin. item Herrengade/ unvertriebene Gerechtigkeit/ Myns. decad. 3. resp. 208. n. 18. & bona emphyteutica Erbzinsgüter/ & canon sive pensio Erbzins/ Gült/ Pacht/ Const. Elect. p. 2. const. 38. 39. 40. & in Norico districtu Weyssatt. Nominatur & emphyteusis, ewigliche Verpachtung/ & quidem melius & accommodatius nostrâ opinione. In Bavariâ Bau Recht/ & Altorphi Lehn. Nam & bona censitica, schlechte Zinsgüter jure, immo justius, Erbzinsgüter vocitari possent: Quia sine caducitate perpetuum canonem, den Erbzins/ possidens de his solvere tenet: Et per schlechte Zinsgüter posset quis intelligere prædia ad tempus locata, quæ nostri easgüter salutant. Unde si dominum sive locatorem, den Erben oder Lehnherren/ ut in partibus Rhenanis fit, Grundherren oder Edinherren/ dixeris einen Erbverpachter/ Erbvermiether/ Erbbestandherren/ Emphyteutam Einen Erbpachtmann/ Erbmietman/ Erbbeständer; Jus emphiteuticum ein Erbverpachtungsrecht/ Erbvermietungsrecht; prædia emphyteutica die Erblichverpachte Güter/ Erbvermietende Güter; & canonem emphiteuticum Erbpachtgeld oder Zins/ Erbmietzins/ explicatiū rem ipsam expresseris.

VI. POTEST autem (in tantâ multitudine definitionum, quas concessit Alvar. Valasc. tr. de emphyt. q. 1. & quæ post eum à singulis fermè scribentibus confessæ sunt) ita circumscribi: Emphyteusis est contractus nominatus, juris civilis, quo quis vel rerum suarum dominus, vel alienarum legitimus administrator, fundum vel prædium suum vel alienum, scripturâ interveniente, ita legitimè alicui idoneo sub pensione annuâ utendum fruendum locat, ut quamdiu canonem solvat, tamdiu neque ipse, neque ejusdem successores in usu rei molestari possint.

VII. CONTRACTUS quod sit apud omnes in confessō crit, propter

I. i. ibi: justum validumque esse contractum, C. b. t. §. adeò; ibi: sed qualis contractus, J. de locat. cond.

VIII. Quod vero sit nominatus & juris civilis, à multis hactenus negatum fuit. Sed Zenonis dispositio facilè hanc disceptationem tollet. Inficias quidem ire non possumus & alias gentes ejusmodi locationes perpetuas celebrasse, sicuti de Bizantiis refert Aristot. *in Oecon.* quòd soliti fuerint fertiliores agros ad tempus, steriles autem in perpetuum sub certâ pensione dare: quippe nihil sub sole tam novum est, ut non habeat aliquam antiquitatis radicem, ut comm. & rectè dicere solemus. Verùm Impp. Zeno & Justinianus naturam hujus contractus nobis demùm aperuerunt. Reliqua definitionis verba ex seqq. illustriora fient.

IX. DIVIDUNT Dd. emphyteusin in Ecclesiasticam & Civilem si-
ve privatam, nonnulli à personis dantibus eandem, ut Hackelm.
disp. 4. vol. 2. tb. 4. nonnulli à rebus datis, ut Vult. *J.R. lib. 1. c. 36. n 22.*
quod legalius. Verùm nos majoris lucis ergò malumus eam divi-
dere in Ecclesiasticam, publicam, & privatam, *arg. l ult. C. de SS. Ec-
cles. vel, ut τεκχοτικα* fiat bimembris, in publicam & privatam: Et
publicam rursus in Ecclesiasticam, & publicam in specie sic dictam,
arg. trad. à Cujac. lib. 15. obs. 33. Si modò verum, quod & privatorum
res apud Romanos in emphyteusin datae fuerint, quo de tamen ve-
hementer dubitamus, tūm, quod privati agros suos colendos ad tem-
pus dare consueverint, prout testatur JCt. *in l. 1. ff. si ager vectig. tūm*
quod nullibi agros privatorum, uti agros civitatum & municipum,
in Vectigales sive emphyteuticarios, & non vectigales sive non em-
phyteuticos, distributos fuisse legamus; tūm, quod nullum exem-
plum in legibus nobis occurrerit, si modò oculis benè usi fuerimus:
tūm, quod hodiè, experientiâ testante, ut plurimùm nemo emphyteu-
tas habeat, nisi qui sit magistratus, & habeat aliquam jurisdictionem,
aiente Mat. Berlich. *p. 2. practicab. conclus. 46.*

X. ECCLESIASTICA est, cum res Ecclesiarum, vel aliorum venerabi-
lium locorum, ut Xenodochiorum, nosocomiorum, monasteriorum
prephotrophiorum, gerontocomiorū &c. temporales, quibus ab Imp.
& fidelibus ornati, in emphyteusin conceduntur.

XI. Et iterum dividitur in Temporalem & perpetuam *Novell. 7.*
a. l. vers. alienationes, junct. c. 3. Nov. 120. c. 5.

XII. TEM.

XII. TEMPORALIS est, quæ non ultra tertium successorem durat, sed cum eō expirat: Vnde non ideo vocatur temporalis, quasi ad certum tempus limitata, ut alias locationes; Sed ideo, quia quædam Ecclesiasticae emphyteuses tertium successorem non egrediuntur, atq[ue] ita respectu earum emphyteusum, quæ in omnes successores derivantur, quodammodo temporariæ efficiuntur.

XIII. PERPETUA est, quæ tertium successorem excedit, & tamdiu valet quamdiu pensio debita solvit, sive solvens sit tertius vel quartus, vel etiam centesimus successor.

XIV. TEMPORALIS rursus subdividi potest in Necessariam & Voluntariam, Nov. 120. c. 1. & c. 6.

XV. NECESSARIA est in rebus Ecclesiæ majoris S. Sophiae Constantinopolitanæ, & aliarum venerabilium domum, exceptis monasteriis in regiâ urbe Constantinopolitanâ existentibus, Nov. 120. c. 1. ibi: jubemus.

XVI. VOLUNTARIA est in reliquis Ecclesiarum & aliorum venerabilium locorum provincialium, ut & monasteriorum in & extrâ urbem regiam sitorum, bonis, Novel. 120. c. 6. ibi: licentiam.

XVII. PUBLICA EMPHYTEUSIS est, quando res Principum, Universitatum, Civitatum & Municipiorum in perpetuum usum elocantur, l. 1. 2. ff. si ager vectig. Unde agri Civitatum & Municipiorum jure perpetuo alicui sub pensione annuâ concessi, quales omnes fermè in Sabaudiâ, teste Ant. Fab. in suo Cod. ad b. t. def. 48. vectigales appellati fuerunt d. t. & fundi patrimoniales emphyteuticarii, t. t. C. d. fund. patrim. & tit. de loc. fund. fisc. lib. n. quamvis non perpetuo.

XVIII. PRIVATA est, quando fundi privatorum ita alicui fruendi traduntur, ut quamdiu promissus canon pendatur, tamdiu fundus relinquendus sit conductori.

XIX. DARE autem in emphyteusin fundos suos vel alienos possunt regulariter omnes, qui rerum suarum vel alienarum liberam & legitimam administrationem habent, sive unus, sive plures; sive masculi sive foemellæ. Et de his, qui rerum suarum sunt domini, res est expedita l. in re mandatâ 21. C. mandat. de illis verò, qui alienarum sunt administratores, nonnullæ solennitates observandæ sunt, ut infrâ dicemus. Sic jure quis denegabit tutoribus potestatem dandi res pupillorum in emphyteusin sine decreto magistratus, siquidem

dem constitutio emphyteuseos non procul ab alienatione consistit, ut loquitur Imp. in Nov. 7. c. i. vers. alienationis. junct. l. 3. §. 4. ff. de reb. eor. qui sub tut. l. f. ibi: nec emphyteuseos contractum, C. de reb. alien. non. alienan. l. etiam vectigale 13. C. de præd. min. Simoncel. de decret. lib. 2. tit. 6. n. 29. Francof. Reform. p. 2. tit. 15. §. 2. ibi: etlicher massen einer erblichen alienation ähnlich ist.

XX. CONCEDENTES nominantur communiter Domini, l. lex vectigali 31. ff. de pignor.

XXI. Res quæ in emphyteusin tradi possunt, sunt agri & fundi, cùm Ecclesiarum, Principum, Civitatum, & municipiorum, tūm privatorum quorumvis, secundum hodiernos mores, sive sint urbani, sive suburbani, Nov. 120. c. i. vers. si verò contigerit: Et in hac regia urbe, l. si finita 15. §. si de vectigalibus ædibus 26. ibi: Zas. ff. de dam. inf. Diss. Bachov. ad disp. pen. vol. 1. th. 9. lit. E. quoad ædes. Alter Tib. Dec. cors. 123. col. 4. n. 3. quoad res mobiles, quas etiam largò modò in emphyteusin concedi posse asserit, Valasc. q. 112. n. 11. maximè si steriles, & nullum vel exiguum redditum ferentes. Nam fertiles & exculti, modò non ex inundationibus, aut incursionibus hostium periculum timeatur, facile vel emptorem vel temporalem locatorem inveniunt. Nec interest, unum, sive plura prædia disjunctim, vel conjunctim sub uno canone fruenda conceduntur, Ant. Fab. in suo Cod. ad b. tit. def. 20. Res enim pendent ex arbitrio contrahentium, modò alias alienabiles: nam quæ prohibentur alienari, ea & in emphyteusin dari nequeunt, l. f. C. de reb. alien. non. alienan. Fundis autem datis, ea omnia, quæ fundis inhærent, ut mancipia rustica, annonæ civiles, quæ & immobilibus annumerantur, Nov. 7. in pr. simul data censentur, d. Nov. 7. c. 3. in pr. junct. l. 112. de leg. 1. fac. rubr. C. de colon. mancip. lib. 11.

XXII. Cæterum notandum, quod excepti fuerint agri patrimoniales per Mesopotamiam & Osrœnam provinciam, eò quod limiti deputati, per l. omnes 8. C. de fund. patrim.

XXIII. Vocantur ejusmodi prædia emphyteutica & vectigalia, Rub. si ager vectigal. id est, emphyteticarius, l. sciendum 15. §. 1. Qui satisd. cog. l. lex vectigali 3. ff. de pignor. l. si dominus 71. §. f. de leg. 1. l. 2. C. b. t. l. si tutores 23. C. de administ. tut. Nec vectigalis fundus differt ab emphyteutico, ut genus & species, prout asseruit Ant. Fab. in Ration. ad l. 1. si ager vectigal. Nullibi enim illud expressum reperitur.

Siquis



589

Si quis tamen diceret, agros civitatum & municipiorum majoris distinctionis ergo fuisse ut plurimum vectigales appellatos, & fundos patrimoniales Principum frequentius emphyteuticarios, contra eum non multum pugnabimus propter collationem II. & Constit. Principum.

XXIV. Porro quemadmodum modò diximus, omnibus integrum esse de prædiis suis contractum emphyteuticum confidere: Ita & omnibus speciatim non prohibitis, Ecclesiis pariter Nov. 55. c. 2. Nov. 120. c. 1. vers. si verò contigerit. Diff. Sich. ad l. 3. n. 28. C. h. t. ac Vniversitatibus, & quibusvis privatis, masculis & fœminis, Nov. 7. c. 3. majoribus & minoribus, si commodum senserint, l. in fraudem 45. S. f. ff. de ju. fis. pauperibus & divitibus, l. quicunq; 7. C. de fund. patrim. l. 1. C. de loc. præd. civ. (licet ecclesiastica solis divitibus dari debeat, l. 24. §. 4. C. de SS. Eccles.) uni, aut pluribus Baptista Costa tr. de quot. & rata 9. 87. n. 2. distinctis vel non distinctis regionibus fundi, l. communis 7. §. 1 ff. comm. divid. l. item prædia 10 ff. fam. ercisc. Tileman. disp. ff. 14. th. 12. jus & fas est suscipere prædium alienum in emphyteusin, pro libitu concedentis, nisi quis jure protimiseos gaudeat, Const. Frider. de jure protim. in V. F. lib. 5.

XXV. PROHIBENTUR autem nonnulli in genere ut MILITES, l. militibus 31. l. f. C. de loc. cond. Diff. Donel. lib. 9. c. 14. lit. d. nonnulli in specie, ut in ecclesiasticis emphyteusibus Oeconomi, Orphano-trophi, & generaliter omnes alienarum venerabilium domuum dispensatores, horum liberi, & parentes in infinitum, immò, quivis ippos vel jure consanguinitatis, vel affinitatis attinentes, sub poenâ admissionis omnium bonorum, & nullitate contractū, Nov. 120. c. 5. & 7. in fin.

XXVI. Qui ita fundos alienos in emphyteusin acceperunt, salutantur in ll. emphyteutæ, l. 2. 3. C. h. t. emphyteuticarii, l. 1. in f. C. h. t. l. i. C. de loc. fund. emphyteotæ, u in o mutato, perpetuarii conductores, ut sup. monuimus.

XXVII. FORMA hujus contractus, alia est Substantialis & generalis; alia specialis & accidentalis.

XXVIII. FORMA SUBSTANTIALIS ad uniuscujusq; contractus emphyteutici substantiam necessaria, est & consistit (i.) in eō conventionis modò, quo quis agrum fundumyè suum pro certâ pen-

B

sione

gione annua ita fruendum locat, & alter eundem locum solvatur canon, tamdiu locatio durare debeat, etiam si solvens centesimus sit successor. Contrà hanc formulam igitur, si vel tempus inseratur; vel dominium rei tradatur; vel pensio non pro usu, sed saltem in recognitionem dominii solvenda constituatur, amodò natura & indoles hujus contractus immutatur, & vel in locationem simplicem; ut si tempus certum designetur; vel in censitum, colonarium, ut si dominium alienatur; vel in alium contractum degenerat, ut etiam contrahentes in instrumento emphyteutico eum emphyteuticum appellarunt, Sich. ad l. 2. n. 14. C. b. t. (2.) In scripturâ, l. 1. ibi: Scripturâ interveniente, l. 2. ibi: in emphyteuticis instrumentis fuerint conscriptæ, l. 3. ibi: Siquidem instrumentum emphyteuticum C. b. t. Reform. Francof. p. 2. tit. 15. §. 2. quod ideo fortean introductum à Zenone, quia hæc cōventio facile hominis memoriā excedere potest, & ejus natura imprimis ex pactis adiectis, ut mox dicturi sumus, nutritur, & ampliatur, l. 1. & 2. C. b. t. Sich. ad rubr. n. 24. 35. Non tamen necesse est, ut scriptura judicialiter confirmetur, prout Francofurti ad Moenum, juxta Reform. Francof. p. 2. tit. 15. §. 2.

XXIX. Hic commodè in disceptationem venit: Num si instrumentum perditum (ex instrumento enim superstite & salvo decisio petenda Const. Electoral. 39. p. 2. Fachin. consil. 30. l. 1.) & quis ad 30. annos (decennium quidam sufficere putant, quos citat & sequi videatur Myns. decad. 7. resp. 76. n. 2. & dec. 8. resp. 88. n. 12. 13.) uniformem canonem solvisset, contractus pro emphyteutico, num vero pro censuali vel alio in dubio sit habendus? Et quod in terris Saxonicas, ubi secundum Constitutiones Electorales pronunciatur, pro censuali sit aestimandus, satis constat ex Const. Elect. 39. p. 2. In terris autem Imperii, & ubi Const. Electorales non sunt receptæ, lis adhuc sub judice est. Nos sequentia perpendenda esse judicamus, nempè, Quidnam ab utroq; contrahentium prætendatur? Nam si possessor fundi dicat, fundum esse suum & censiticum, Einschlecht: Binsigut; Alter vero sibi dominium vendicet, & prædium emphyteuticum esse clamitet, differentia est facienda inter agrum ecclesiasticum, publicum & privatum. Fundi ecclesiastici & publici dominium per 30. annos non amittitur, sed per 40. saltem, & qui per 40. annos ecclesiæ solverit canonem pro re ad ecclesiam ante 40. annos (multò magis si neq; de eo constat

590

constat) pertinente, ille, licet titulum suæ possessionis demonstrari ne-
queat, nihilominus tamen ex titulo censitico rem possidere præsumi-
tur tex. est elegans in l.f. C. de fund. patrim. à nullis fermè in hâc qua-
stione tactus, cui jungatur l. omnes q. l. competit b. C. de præscript. 30.
vel 40. annor. quæ omnes unius autoris. Verùm, cùm jure novissi-
mo contractus colonarius (quem nos hodiè censualem vocamus) non
habeat locum de rebus ecclesiasticis, Nov. 7. in præf. c. i. eò quod per
illum transferatur dominium, quod regulariter prohibitum: Igitur
neq; ex temporis cursu tale quid fingere debemus, maximè cùm con-
ducibiliùs ecclesiis sit, dicere rem fuisse ad 30. annos simpliciter lo-
catam, uti permisum Nov. 120. c. 3. vel ad 20 & tacite locationem rei-
teratā arg. l. sunt personæ 43. ff de Relig. & sumpt. funer. & trad ab Ant.
Fab. in suo C. ad hunc t. defin 36. Joh. Fab. in S. adeò Inst. de locat. cond.
Econtrà privati agri dominium per 30. annorum spatium, salvo ta-
men canone, præscribitur, atq; ita in re privatâ verum erit, quod in
dubio contractus pro censuali sit præsumendus, etiamsi constiterit
rem fuisse antè 30. annos canonem accipientis, arg. d. l. f. C de fund.
patrim. l sicut 30. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Interim autem, dùm
40. vel 30. anni nondum elapsi, res potius pro emphyteutica haben-
da, arg d. l. fin. & LehnRecht art. 13. ibi: Von welchem Euse man Zin-
se giebet/ da kan man keine Lehn anhaben/ maximè si accipiens pensio-
nem probaret instrumentum fuisse deperditum, eleg. Marcell. à Cal.
de modo artic. §. 2 glos. un. n. 1541. pag. (mibi) 765. nisi probetur (1.)
rem nunquam fuisse in dominio Ecclesiae, Civitatis, vel privati acci-
pientis canonem: Tunc enim potius census constitutivus vel impo-
sitius, ut ab interpp. vocatur, Valasc. in tr. de ju. emphyt. q. 1. & q. 32.
n. 54. qui aliàs in dubio præsumitur, teste Frider. Mart. de jure cens. c.
7. n. 100. constitutus censetur. (2.) Censualem esse crebriorem & fre-
quentiorem in illâ regione, Ludov. Molin diff. 381. propè fin. (3.) Ex
quietantiis & apochis, nec non (4.) quantitate pensionis aliud elicia-
tur. Nam in contractu censuali primò pretium numeratur, & se
parœcus quasi de proprio aggravat dare in singulos annos parvam &
exiguam pensionem, Nov. 7. in præf. §. 1. In contractu emphyteutico
viceversâ verò pro centum quinque pensiones ut plurimum solvun-
tur, eleg. Nov. 7. c. 3. §. 1. vers. si verò alicujus & ab initio nullum pre-
tium, ut rectè sensit & defendit Sich. ad rubr. h. t. n. 6. 7. 8. latè Cæval.

B 2

q. 571.

¶. 571. Quod si possessor vendit agrum pro emphyteutico, aperte alter contra proprium commodum laborabit, si eum censiticum esse mallet, nisi opinaretur & censū quoq; solvendū esse re, ex quā debetur totaliter peremptā: Plus enim concederet adversario, quām ipse peteret, nimirū plenum dominium, quod tamen eo ipso dūm fundum emphyteuticum esse asserit, habere negat. Fortassis magis sibi commodaret, si intenderet rem fuisse locatam & relocatam, & ex qualitate & quantitate pensionis indicinam quandam pro locatione judici ficeret, licet Const. Elector. 40. p. 2. sent. v. ap. Beat. p. 2. sent. defin. Sax. de judic. tit. 11. c. 17. Treutl. vol. 1. disp. 29. tb. 4. lit. C. pro possesso pronunciet. V. latē Wefemb. cons. 62. per tot. Schurff. cons. 58. cent. 1. Matth. Berlich. p. 2. pract. conclus. 48. Aliter Reform. Francofurt. p. 2. tit. 15. §. 11. & seqq. sed de formā generali satis.

XXX. SPECIALIS FORMA partim consistit in solennitatibus in certis speciebus Emphyteusum adhibendis: partim in pactis adjectis.

XXXI. FORMA, quam observari præcipit Justin. in emphyteusi ecclesiastica, hæc est. Si Ecclesia major Constantinopoli, vult dare res suas in emphyteusin (1.) solis locupletibus, l. 24. §. 4. C. de SS. eccl. (2.) usq; ad tertium successorem tantum, (3.) canone per magistros artificum exactè & legaliter explorato (4.) sententiā & consensu Archiepiscopi & Patriarchæ (5.) jurantibus, ipso præsente, chartulariis & œconomis, contractū celebrandū non in βλαστηνή ωδηγαφην ecclesiæ cedere, dari debet, Nov. 120. c. 1. 2. Sin verò ab aliis in regiâ urbe sitis venerabilibus locis, emphyteusis celebranda, chartularii, si quos habent, præsente antistite, aut ipse Antistes præviâ canonis legitimi definitione, & in successorem tertium constitutione, jurare debent. Quod si emphyteusis constituenda ab aliis ecclesiis & sanctis locis extra Constantinopolin in provinciis sitis, in perpetuum quidem licita est emphyteuseos constitutio, sed si reguntur ab episcopis, Oeconomi & dispensatores, præsentibus ipsis, jurare debent; sin verò propriam gubernationem habent, ut ptochia, nosocomia & alii, assentiente antistite, dispensatores in præsentia episcopi à quo ordinantur & promoventur, jurejurando, quod & semper, & in omnibus hactenus enarratis casibus, sub poenâ nullitatis, instrumento emphyteutico inferendum, obstringuntur, lat. per Novel. 120. Sic à monasteriis so- lenniter

Ienniter sunt emphyteusēs, si præfules, abbates & abbatissæ, cùm maiore parte monachorum & monacharum id faciant d. Nov. 120. Quid in regno Neapolitano obtineat, cùm contractus emphyteutici secundum consuetudinem cuiusq; loci judicentur, Alex. *consil. 124. vol. 4.* videndum apud Franch. *decis. 235.*

XXXII. FORMA in publicâ emphyteusi in primis in eo consistit, quod per publica edicta major & pingvior emphyteuta perquirendus, *l. loca. 3. C. de locat. præd. civil.*

XXXIII. FORMAM SPECIALEM, seu, ut propriū loquamur, Individualē, quod emphyteutica causa per pacta consequatur, ex d. §. 3. *J. de loc. cond.* nec non *l. 1. 2. & 3. C. b. t. junctâ ratione*, quod alioquin pacta dent formam contractibus, jur. notis. in aprico est.

XXXIV. VALENT autem, modò substantialem formam non immutent, cujus generis sunt (1.) cum pro pensione melioratio fundi conductori imponitur, quo de Cels. Hug. *tr. claus. contr. in verb. promisit meliorare fol. 77.* Non enim emphyteuta solius meliorationis ergò pensionem solvit; Quis enim tam vesanus, qui pro tantâ mercede, quæ solet in emphyteusi constitui, vellet se ad excolendas & meliorandas res alienas obstringere? cùm non raro eveniat, ut nonnulli agri steriles legerint nullâ ratione ad culturam & fructum reduci queant, quales quales etiam impendantur impensæ & operæ, sed quod tantam mercedem promittat emphyteuticarius, ratione frumentum, quos per meliorationem agri successu temporis cum lucro sperat, facit. Unde Dd. nonnullos errasse putamus, qui sine lege statuerint, emphyteutam sub pœnâ amissionis emphyteuseos ad meliorationem esse obligatum, proindeq; definitioni emphyteuseos hæc verba, AD MELIORANDUM, inseruerint. V. Cujac. *comm. de feud lib. 1. tit. 5. p. 656. lit. t.* Roland. à Valle *conf. 96. n. 26. vol. 1.* Nos existimamus, Emphyteutam fidem datam servaturum, si non deterioreat fundum, & statu termino pensionem solvat, sibi imputaturus, si omittat & negligat rem, si potest, cultiorem & frugiferam efficere, & tamen pecuniam solvat, *l. 14. C. de SS. eccles. Nov. 120. c. 8.* Quia ibi non domino *μπονήσας* acquirit, *l. fin. C. b. t.* cùm nunquam operas suas locaverit domino, sed fructus & commoda quasi conduxit (2.) Cùm portio de fructibus ex fundo emphyteutico, loco pensionis promittitur, licet multum hoc pactum commendet Elibert. Leon.

in p̄elect suis ad l.i. C.b.t. alleg. int̄er alios H. Gig. tr̄e de pension. q.62.
Etenim in longè alium contractum nostrum convertit.

XXXV. Ut plurimum autem pacta licita assuuntur, vel ratione successionis; vel ratione pensionis; vel ratione casuum fortuitorum, proindeq; pro qualitate causæ, partim in gratiam & commodum domini, partim in utilitatem emphyteutæ, quod in dubio (1.) ex mente contrahentium, (2) ex verbis, (3) ex contextu & ordine verborum, (4.) ex naturâ contractus, junctâ (5.) regulâ, quod contrâ eum pronunciandum, qui potuit legem contractus apertius scribere, dijudicandum, *l. 229. de V. S.*

XXXVI. PACTA, quæ ratione successionis, tūm universalis, tūm singularis, adjiciuntur, haud desultoriè, opinamur, dividi possunt, in Limitativa, & Ampliativa.

XXXVII. LIMITATIVA vocamus, cùm jus successionis, quæ alias ex naturâ hujus contractus in omnes heredes, & quosvis singulares successores, (modò in his dominus jure protimiseos non utatur) transfunditur, vel ad certam generationem, vel ad solos masculos; vel ad solos agnatos; vel ad foeminas, deficientibus masculis; vel ad solos descendentes primi vel secundi matrimonii Myns. *decad. 14. respon. ult.* solos Ascendentes; solos collaterales, restringitur, quod licitum, salvâ substâtiâ, uti constat apertissimè ex Nov. 7 c. 3. ubi dicitur, quod per pactum nominatim fieri possit, ut uxor succedat in ecclesiastica temporali emphyteusi, quæ alias tertium successorem non egreditur. Et quia etiam per pacta, quibus ordinarium laudemium augetur: item potestas oppignorandi, donandi, & quovis alio modo jus in emphyteusi constituendi, ad evitandam disput. quæ solet haberi *circà l.f.C.b.t. Donel.lib 9.c.14.lit.d. Sich. ad l.3. n.20. b.* inhibitetur emphyteutæ, successionis jus coangustatur: Ideò hujusmodi, ut & ejusdem farinæ pacta alia, ad hanc classem referimus.

XXXVIII. AMPLIATIVA appellamus, cùm jus transferendi in extraneum singularem successorem (in heredes & successores universales alioquin est amplissimum jus emphyteuticum) tām circâ meliorationes, quām circâ ipsum jus, amplificatur.

XXXIX. Hujus generis sunt (1.) cùm emphyteuta sibi potestatem alienandi, oppignorandi, donandi, suas meliorationes vel jus suum &c. in quemcunq; voluerit reservat, quo ipso, etsi verba, irrequisito

592

quisito domino, omissa fuerint, Sich. ad l. 3. n. 11. C. h. t. Franch. decis. 4.
inf. & consideratum in causâ Tiesk contrâ Nenenar teste Rutg. Ro-
land. tr. de Commiss p. 4. tit. 4. c. 9. n. 15. jus prælationis Ant. Fab. in suo
Cod. ad h. t. def. 49. salvâ tamen quinquagesimâ, Hart. Pistor. lib. 1. q.
50. expirat.

XL. (2.) Cùm summa quinquagesimæ vel tributi minuitut: Sic
enim facilius, & quidem pinguiorem emptorem in casu necessitatis
consequi poterit emphyteuta.

XLI. Et ut hæc in gratiam emphyteutæ regulariter apponun-
tur: Ita illa fermè in commodum domini. Ut tamen summè no-
temus, sæpiissimè mentionem heredum & successorum fieri in instru-
mentis emphyteuticis, non tam restringendi causâ, quam ad deno-
tandum perpetuitatem concessionis l. in conventibus 219. de V. S. ma-
xime si verba adjiciantur, Nach Erb Zins Recht vnd Gewohnheit.

XLII. RATIONE PENSIONIS, quæ inseruntur contractibus emphy-
teuticis pacta, sequentia frequenter occurunt (1.) si certus terminus
& dies solutioni præstituatur, (2.) si solutio juramento, quod secun-
dum naturam contractus interpretandum, Fach. lib. 3. c. 16. controversial-
spondeatur, vel (3.) pro eâ ut & fide emphyteutæ bona hypothecan-
tur, & fidejussores constituantur, quod in emphyteusi publicâ ab ad-
ministratoribus, ne periculum sentiant, observandum, l. 1. C. de locat.
præd. lib. 11. l. quicungq; 7. de fun. patrim. lib. 11. l. quicungq; 3. C. de fun. rei
privat. (4.) Si, ne cadat emphyteusi, non factâ solutione integri cano-
nis, Barn. Corn. decis R. Lucens. 46. per tot. per triennium excipiatur
cùm antè Justinian. pepigerint, ut caderent non factâ solutione cano-
nis debito & constituto tempore, l. lex vectigaliz. ff. de pignor. quod
hodiè supervacaneum, nisi tempus in l. f. C. h. t. arctetur.

XLIII. RATIONE CASUUM FORTUITORUM multis modis
quoque emphyteutica pacta iniri possunt, pro voluntate partium &
qualitate rei in emphyteusin datæ, per l. 1. C. h. t. Et tantum quoque de
formâ speciali.

XLIV. Ita constituto & omnibus numeris perfecto contractu
emphyteutico, consequens est, ut despiciamus, qualia nam jura &
commoda ex eo proveniant? Utriq; autem jura & commoda, & qui-
dem vel mutuo ad invicem; vel respectu extranei, exinde enasci, tum
ex eo,

**ex eo, quod hic contractus ab utrāq; parte obligatorius, & in utriusq;
gratiam celebratur, tūm ex mox subjiciendis, liquidō constat.**

XLV. Et ut initium faciamus à juribus & commodis emphyteutae respectu domini competentibus. Sciendum est, ea quidem antè Justinian. perquām ampla & fœcunda, sed ab ipso aliquantum limitata fuisse. Potuit enim, ut ipse Justin. confitetur in §. 3. 7. de loc. cond. l. 3. C. b. t. emphyteuta meliorationes suas, ut & jus emphyteuticum, vel perpetuarium (ita enim in ll. vocatur) prædio inhærens, l. 3. §. 4. ibi: jus prædii potius ff. de reb. eor. qui sub tut. l. si domus 71. §. pen. ibi: aliquod jus ff. de leg. i. vel fundum emphyteuticum, subintelligens jus, d. l. 71. §. f. ff. de leg. i. salvo canone, l. i. C. de fund. patrim. lib. ii. l. 2. si ager vectigal. Diss. multi, prout videmus apud Achill. Person. tr. de adipisc. pos. n. 388. sine præscitu & consensu domini (raro enim consentirent l. f. ibi: ne data occasione C. b. t.) & laudemii præstatione vendere, arg. l. 66. de evict. donare, l. i. C. de fund. patrim. §. 3. 7. de locat. conduct. in dotem, item propter nuptias donationem dare, d. §. 3. l. i. ibi: his qui in eorum locum successerunt, ff. si ager vectigal. oppignorare, l. tutor 16. §. f. ff. de pignor. action. l. lex vectigali 31. ff. de pign. in solutum dare, arg. l. 15. §. 26. ff. de dam. inf. legare l. si domus 71. §. pen. & ult. ff. de leg. i. in usumfructum concedere, l. i. in pr. ff. quib. mod. ususfr. amitt. Frid. Martini de jure cens. c. q. n. 86. vel alio quolibet titulo in aliud transferre, l. fin. ibi: alio quolibet titulo C. de locat. fund. Ratio fuit pro Jctis, contractum nostrum emptioni annumerantibus; quia emptor potest rem emptam vicissim vendere, nec sui venditoris consensum requirere, jur. vulg. Ratio vero pro Jctis existimantibus emphyteusin esse speciem locationis - cond. fuit, quod & conductor jus suum ex conductione consequens in aliud inscio locatore transcribere potuerit, l. 7. 8. ff. & l. nemo 6. C. de locat. cond. l. 47. §. 1 ff. de ju. fisc. l. arboribus 12. §. 2. ff. de usufructu. Juncta ratione rationum, cuius mentio facta in l. f. vers. sed ne hāc occasione C. b. t. quod emphyteuta, si dominic consensus impetrandus, isq; nec precibus nec precio consequendus, precio rerum defraudaretur, & maximo incommodo contrā omnem humanitatem æquitatem vè afficeretur. Verūm, postquam à Zenone jus emphyteuticarum, neq; conductionis, neq; alienationis titulis adjiciendum, sed jus tertium constitutū fuit (pro constituimus enim

enim *l. i. C. b. t.* in omnibus, teste Russard. legitur, constitutum sit) ob idq; conjicimus, cùm de alienationibus meliorationum, tūm de translationibus juris emphyteutici (multis enim parasangis distant, ut & ex particula Vel, aliquoties in *l. f.* repetita appetet) Jcti dubitare cōperunt, num & imposterum sine consensu domini fieri possent, faciunt verba initialia *l. f. C. b. t.* (ubi pro verbis, an ejus expectare consensum, Florentina editio legit, an verò ejus consensum expectare non oporteat, ut habeant sensum, quo aliàs carent, ponienda) Imper. Justinianus, affirmantium opinionem approbans, emphyteutæ hanc facultatem, irrequsito domino alienandi abstulit, sanciens in *l. f. C. b. t.* inimimè licere emphyteutæ sine consensu domini suas meliorationes alteri vendere; Vel jus emphyteuticum transferre (verba sunt Imp.) Et ne tergiversante & ad sensum suum denegante domino, emphyteuta precio rerum carere cogeretur, quæ ratiō haētenuis pro negativā sententiā stetit & pugnavit, admodum salutaria remedia pro utroque casu excogitavit, & in primo quidem, ubi vult emphyteutæ meliorationes suas alienare, disposuit: emphyteutam debere attestationem transmittere domino, & prædicere, quantum precium ab aliquo accipere (ita legit *m. d. l. f.* pro accipi Russ.) potest. Et si quidem hoc dominus dare maluerit, & tantam præstare quantitatē, quam tam ipse revera (in omnibus legitur, ipsa verita, ajente Russ.) ab alio accipere potest, ipsum dominum hæc comparare; si vero duorum mensium spatium fuerit emensum, & dominus hoc facere noluerit, licentiam dat emphyteutæ, ubi voluerit, & sine consensu domini meliorationes suas vendere, iis tamen personis, quæ non solent in emphyteuticis contractibus vetari ad hujusmodi venire emptionem: Necessitatem autem habere dominos, si aliis melioratio secundum præfatum modum vendita sit, accipere emphyteutam. In secundo verò passū, ubi emphyteuta intendit & mavult, ipsum jus emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad solvendum emphyteuticum canonem transponere, non tantum potestatē dissentendi & contradicendi domino denegat; sed eidem quoque injungit, ut novum emphyteutam in possessionem suscipiat non per conductorem (emphyteutam intelligimus) vel per procuratorem, sed ipsos dominos per se vel per literas suas; vel (si hoc non potuerint vel noluerint) per depositionem celebrandam in civitate

C

Con-

Constantinopoli apud virum clarissimum magistrum censum, vel præsentibus tabulariis per attestationem; & in provinciis apud (si rectius legitur pro per, ut aliás habet exemplar Godof. quia deest in Florent.) prælides vel defensores. Quinimò, ne domini pro illâ immisione, subscriptione vel attestatione (NB. non pro consensu, quia dissentire nequit) magnam molem pecuniarum efflagitarent, prout sæpius factitatum, certam definit summam, ultrâ quam nihil exigendum, nim quinquagesimam precii (si venditum) vel æstimationis loci) si nim. legati, donationis, & alio titulo translatum) his annexis pœnis (1.) ut si dominus necdum novum emphyteutam minimè suscipere maluerit, & attestatione factâ intrâ duos menses hoc facere supersederit, integrum & licitum sit emphyteutæ non consentientibus dominis ad alios jus suum transferre (sine scilicet quinquagesimæ exactione) & si (2.) emphyteuta præscriptum modum non obseruaverit, ut suo jure cadat, Hactenus Imp. in l.f. C.b.t. Ex quâ discimus, si pensiculatiū inspiciatur, seq. jura emphyteutis respectu domini competentia.

XLVI. (1.) Emphyteutam habere jus utendi fruendi, (2.) Jus meliorandi, (3.) meliorationes sibi acquirendi, (4.) in heredes, & (5.) in extraneos non vetitos consentiente vel dissentiente domino præmissâ attestatione, & secutâ bimestri taciturnitate alienandi (6.) ipsum jus emphyteuticum in heredes, exceptâ ecclesiasticâ emphyteusi temporali, quæ tertium successorem non egreditur, sive sint descendentes, sive ascendentes, sive alii extranei, d. Nov. 120. & (7.) extraneos idoneos cum præscitu domini transferendi.

XLVII. Circâ PRIMUM quæritur: Quo respectu usumfructum percipiat emphyteuta? Et comm. & vera est responsio, quod non jure servitutis, sed quasi dominii & proprietatis, ut quivis bona fidei possessor & vasallus, Joh. Del. Castil. tr. de usufr. c. i. n. 16 simul atq; solo separati sunt fructus, l. qui scit 25. §. pen. ibi: sicuti ejus qui vectigal fundum, ff. de usur.

XLVIII. Circâ SECUNDUM quæritur: (1.) Quid sit melioratio? Et respondemus cum Gartz. tr. de expens. & melior. c. i. n. 8. omne augmentum meliorationem vocari, sive mutata fuerit rei qualitas, si ve manserit, modò res fiat melior & pingvior, contrâ nonnullos, qui meliorationem definiunt, quod sit augmentum bonorum mutatâ eorundem

rundem qualitate. (2.) An emphyteuta teneatur meliorare? Et negavimus sup. th. 34. (3.) An ita meliorare possit, ut & arbores frugiferas incidere, vel fundum in aliam planè formam redigere queat? Et non dabitamus; quando & videmus usufructuario licitum esse, vineas, arbustas, & oliveta dejicere, & in lapidicinarum & aliorum metallorum, auri, argenti, sulphuris &c. venas inquirere, si in his plus redditus sit, l. *equissimum, alias sicujus, 13. §. inde 5. vers. proinde ff. de usufr.* vide tamen Joh. Del. Castil. d. tr. c. 25. per tot. & Valasc. conf. 50. lib. i. Corbul. tr. de caus. ex quib. emphyt. jure suo cadit. Aliter Francofurti ad Moenium per Reform. Francof. p. 2. tit. 15. p. 10. (4) Num &c in parte fundi per alluvionē accreti jus utendi fruendi & meliorandi habeat sine augmento canonis? Et respondemus quod sic cum Clar. §. emphyteusis q. 41. Donel. lib. 10. c. 7. P. Aym. tr. de alluv. lib. 2. c. 12. Schrad. de feud. c. 9. sect. 2. n. 4. (5.) Num thesaurus inventus ab alio cedat emphyteutae? Et dicimus quod non sive sit ecclesiastica, sive publica, sive privata emphyteusis; quia, ut inf. dicetur, proprietas remanet dominis, §. thesaurus 39. J. de R. D. l. un. C. de thesau.

XLIX. Circà TERTIUM controvertitur: Num amittat meliorationes finitā emphyteusi? Sed infrà hāc de re acturi sumus.

L. Circà QUARTUM quæri potest (1.) Num defuncto emphyteutæ heredes teneantur investituram petere? Et quia textu, qui stringat heredes, destituimur; ideo negativam propugnabimus. (2.) Num inscio domino dividere eosdem possint? Et (3.) Si diviserint, uni atque alteri pro certâ quantitate assignaverint, num teneantur domino indicare verum rei præcium, ad hoc, ut possit intrâ duos menses voluntatem suam declarare, num ipse velit eosdem luere & comparare? itemq; (4.) Num, si divisionem ratum habuerit, quinquagesimam exigere possit? Sed, quia has quæstiones in individuo tactas non videntemus: Igitur malumus discere quām docere. Si quis tamen ad omnes affirmativam tueretur sententiam, à vero non procul aberrabit (1.) Quia & quilibet emphyteuta potest meliorationes suas vendere inscio domino, modò domino verum præcium significet, & potestatem redimendi relinquat, & non vetitum emptorem tandem offerat, d. l. f. (2.) Quia l. f. C. b. t. loquitur generaliter de quovis alienante. (3.) Quia nullibi expressum, quod quinquagesima sit solvenda, quando alienantur meliorationes. Sat commodi habet ex jure protimiseos.

C. 2

Atq;

Atq; ita quoq; res habebit cum illis quæstionibus: nūm meliorationes inscio domino oppignorari queant? uti practicatur in Hispaniâ à rusticis teste Gartz. de expens. c. 6. n. 21. fortean contrâ l. f. C. de reb. alien. non alienan. item nūm donari, ubi nobis perplaceat consilium Hillig. ad Donell. lib. 9. c. 14. lit. g. permutari, in solutum dari &c. possint.

LI. Circâ QUINTUM de translatione ipsius juris emphyteutici in heredes l. 3. ibi: perpetuas ad eorum posteritatem, l. 3. C. de fund. patrim. lib. 11. Const. Elect. 39. p. 2. ibi: Die erbliche Nutzbarkeit/ (num etiam in fiscum, vid. Simancam de Cathol. institutionibus tit. de bon. heretic. n. 99. affirm.) disceptatur (1.) Nūm inscio domino divisionem facere, & uni heredum jus adiudicare possint? Nam & jus emphyteuticum vel bona emphyteutica in familiâ erciscundæ, communiq; dividendo judicium cadunt, l. 10. ff. fam. ercisc. l. 7. C. comm. divid. Et licet l. f. C. b. t. generaliter prohibeat translationem juris emphyteutici sine voluntate domini sub pœnâ caducitatis: Attamen non leve dubium alicui suboriri posset, num etiam l. f. ad translationem, quæ fit per successionem sit extendenda; quia jus emphyteuticum est hereditarium, & heredes personam defuncti repræsentant. (2.) Nūm heredes cogi possint à domino ad divisionem, & ut unum emphyteutam constituant? Nos negamus propter parentiam textus, & quod domini nihil intersit, maximè, quando debito tempore acciperet pensionem, vid. Matth. Berlich. decis. 21. Et p. 2 pract. concl. 46. n. 30. ubi testatur consuetudine Germaniæ introductum esse, quod nobiles non admittant omnes heredes, nisi curatorem constituant, licet sibi magis obsint quam prosint. Unde etsi durante communione non peterent renovationem emphyteuseos, non tamen in commissum caderet emphyteusis Myns. decad. 8. rep. 88. n. 3. 4. licet quidam velint, ut videmus apud Matth. Berlich. decis 68. secus fortè si divisissent bona, & inscio domino uni addixissent, & confirmationem non impetrassent, Coler. decis. 33. n. 32. 33. (3.) Num dominus, divisione factâ, novum emphyteutam ab heredibus constitutum teneatur suscipere? Et affirmamus; Quia potestas contradicendi domino tūm demūm competit, quando emphyteuta vel incapax, vel ad solvendum canonem ānidoneus, d. l. f. ibi: non contradicere. Nec integrum esset domino velle ut iure protimiseos. (4.) Num si in communione permaneant heredes,

heredes, nihilominus quilibet portionem suam recognoscere debeat,
 & an sufficiat, si omnes per curatorem (Lehnsträger) emphyteusin
 suscipiant? Respondeamus, jus nostrum de ejusmodi facto & termino
 nihil scit: Sed quando emphyteuta jus suum transferre volebat, do-
 mino id notum faciebat, qui tenebatur intra duos menses consen-
 tire, & novum emphyteutam vel per se, vel per literas soluta 50. susci-
 pere, aut si id facere per duos menses neglexisset, pati, ut ab emphy-
 teuta immittatur in possessionem. Ad quid ergo Curatore opus
 eines Lehnsträgers? cum domini etiam absente novo emphyteutâ per
 literas, vel per depositionem coram actis aut tabulariis suam volun-
 tam declarare, & ita eum recipere potuerint. Wann der Erbzins-
 man des Herrn consens ausgewürkt/ res erit clara, vide tamen M.
 Berlich. *decis. 20.* quia non semper secundum jus præscriptum vivi-
 tur, sed quandoq; secundum mores & traditiones Dd. ex malè intel-
 lectis ll. enatas. Vnde Constit. Elect. 39. p. 2. *inquit*: Eiliche machen
 auch diesen Unterscheid, daß die Erbzins-Güter, so oft sich der Fall
 an dem Lehnsherrn, oder auch Besitzer durch absterben begiebt, oder
 wann sie alienirt, in die Lehn wiederumb genommen, und der Lehnsherr
 erkandi werden muß. Item Const. 23. p. 2. Wann auch bona emphy-
 teutica oder Censitica, Erblehen oder Erbzins-güter/darüber ein Un-
 terthan einen Lehnherren erkennen muß, oder die er sonst in Lehn zu
 empfangen pfleget. 5. Vtrum heredes hereditatem repudiare, & em-
 phyteuticum jus retinere? Nos negamus: quia est pars hereditatis,
d. l. 10. ff. fam. ercif. & l. 3. C. de fund. patrim. Nov. 120. vid. Sich. ad
l. 2. n. 20. C. b. 1.

LII. Circà sextum graviter litigatur (1.) Num text. l. f. de sola
 translatione juris emphyteutici, quæ fit per emptionem, sit intelligen-
 dus? Num verò generaliter de quovis, sive fiat per donationem, per-
 mutationem, dotis & donationis propter nuptias constitutionem,
 aut alio quocunq; titulo necessario vel voluntario? Et non videmus
 quid obstat, quin textus generaliter loquens, generaliter sit exaudi-
 endus, maximè cum nobis persuassimum sit, dominum non posse
 suo dissensu impedire translationem, sed teneri consentire, & in pos-
 sessionem (juris scilicet, non fundi, l. 15. §. 26. ff. de dam.inf.) mittere
 intrà duos menses novum emphyteutam, quem alias antè Just. ipsi
 emphyteutæ insciis dominis immiserunt, v. Nov. 55. c. 2. Haud quidem

nos fugit, quod magnam diversitatis rationem *Dd.* afferre soleant, quando dicunt, in emptione posse dominum habere jus protimiseos; in permutatione, donatione, & reliquis contractibus verò nequam, prout videmus ap. Sich. *ad l. 3. n. 19. 20. C. b. t.* Donel. *lib 9. c. 14. lit. g.* Guid. Pap. *decis. 46.* Cap. Tolos. *q. 131.* Coler. *decis. 33. n. 20. 21.* Ant. Fab. *in suo Cod. def. 71.* Valent. Riem. *de cad. 11. q. 4.* Franch. *decis. 273. 15. 482.* M. Berlich. *decis. 68. n. 9.* Sed præsupponunt, dominum & in translatione ipsius juris emphyteutici uti posse jure prælationis, quod parallelū d. l. f. contrariatur, ut pote quæ domino dissentendi facultatem denegat, *d. l. ibi:* non contradicere.

LIII. De oppignoratione juris emphyteutici non immerito quis dubitaret, Num inscio domino facta teneat? Scilicet, si non sequatur adjudicatio, (nam tūm dominum certiorandum esse, & eidem pro immisione supplicandum, cùm in solutum fundus dandus, extrā omnem dubitationem positum esse remur:) Quia domini nihil interesse videtur, qui tūm demūl lucratur quinquagesimam, quando novus constituitur emphyteuta, isq; in fundum immittendus d. l. f. sed quia negativa sententia arrisit Elect. Augusto *Const. 23. p. 2. ibi:* Und das die Verpfändung ganz nicht statt haben. Ideò p. t. nolumus nos ulterius in spinas juris civilis intromittere. Inspic. tamen Dan. Moll. *ad d. Const. n. 33. & 3. semest. 45.* M. Berlich *p. 2. pract. concl. 29. n. 58. 59. 60. 61.* ubi majoris cautelæ ergò requirunt quoq; magistratus, sub quo ita sint bona, adsensum, non attendentes, inter ipsa prædia & jus emphyteuticum esse magnam differentiam.

LIV. Ex his intelligere licet (i.) nos non facere cum illis, qui defendunt, neque sub hypotheca omnium bonorum, neque sub tacitâ comprehendi fundos emphyteuticos, Moll. *ad Const. Elect. 25. p. 2. n. 3. & 3. semest. 45.* Quia sunt allodialia bona, & connumerantur rebus hereditatiis. Nec moramur Jus Saxon. Sicuti enim non sequitur, de jure Sax. non possunt immobilia bona hypothecari sine insinuatione judiciali. Ergò neque sub hypothecâ omnium bonorum, neq; sub tacitâ comprehenduntur bona immobilia: Ità non ritè inferunt. De jure civili novissimo non potest emphyteuta inscio domino tradere fundum alii. Ergò neque sub hypoth. continentur iura emphyteutica. Facit, quod videmus passim in Germaniâ teste Sichard. *ad rub. C. b. t. n. 28.* frequentes locationes emphyteusium inscio domino.

LV.(2.)

LV. (2.) Num novus emphyteuta teneatur petere à domino intrà duos menses confirmationem factæ translationis sub pœnâ caducitatis? Quidam, quos v ap. M. Berlich. *decif. 6. n. 6.* affirmant. Sed ill de ejus nodi pœnâ nihil sciunt. Emphyteuta eo ipso, si domino mentem suam aperuerit de transferendo jure suo in alium, satisfacit l.f. Quare, si dominus, tūm intrà duos menses cesseret immittere novum emphyteutam in possessionem, ipse emphyteuta id facere potest. Tantum abest, ut novus emphyteuta pro immissione instare quoque debeat..

LVI. Hactenus dicta autem saltem vera sunt, quando emphyteuta novus est capax, & ad solvendum canonem idoneus, l.f ibi: ad personas non prohibitas, sed concessas & idoneas ad solvendum, C.b.t. Vnde cedro digna exoritur quæstio inter Dd. Num rusticus possit transferre jus suum in nobilem? Negativam aliquoties fecuti fuerunt pronunciando Seabini Lips. referente Dan. Moll. 2. *Semest. 13.* Sed vel le referre nobiles indefinite ad classem prohibitarum personarum & inidonearum ad solvendum canonem nobis inhumanum videtur, immò paradoxon, quandoquidem in hoc contractu non personarum qualitas inspiciatur, sed & heredes, quales quales etiam sint, admittendi, & domino jus privandi emphyteutam, non factâ solutione, patet, vid. Reform. Francof. p. 2. tit. 15. §. 3.

LVII. Notandum autem, semel jure translatâ emphyteusi, etsi transferens nullum habuisset successorem, eam tamen in lineam novæ emphyteutæ plenè devolvi, Bor. Corn. *decif. 43. n. 12.* etiam cum onere solvendi canonem præteritum, Afflict. *decif. 95.*

LVIII. Præter hactenus enarrata jura emphyteutis ex l. f. competentia, sunt & alia, ut (1.) jus offerendi & obsignatum judicialiter Ant. Fab. *insu. Cod. ad h. t. def. 40.* debito loco & tempore, idem *def. 22.* deponendi canonem, in casum denegatæ acceptioonis, l. 2, C.b.t. An pro futuris annis? N. Hackelm. d. disp. th. 25.

LIX. (2.) Quod non possit pœnitere dominus, exceptâ emphyteusi ecclesiasticâ, in quâ pœnitentiæ locus intrà biennium, per *Nov. 120. c. 1. vers. si verè contigerit,* ibi: Russ. & joachim. Stephani, ne quidem antè traditionem fundi, ad quam compelli potest condicione *ex l. i. C.b.t.* tradente Placentino *de R.V. tit. 8. lib. 1.* & si sibi ipsi facultatem

tatem tradendi, fortè per venditionem abstulit, ad interesse tenetur,
I.5. C. de R. V. Donell lib. 9. comm. c. 13. lit. I. Valaf. q. 14.

LX. (3.) Si semel facta per patientiam traditione, dominus jus
emphyteuticum invertere conaretur, emphyteutæ per actionem si a-
ger vectigalis *I. 66. ff. de evict. l. 2. si ager vect. interdictum* Ut posside-
tis *I. 3. §. 1. & seqq. ff. uti possid.* per negatoriam utilem, *l. 2. si serv. vind.*
& injuriarum actionem consultum est.

LXI. Sicuti (4.) si fundus datus fuisset alterius per evictionis
præstationem (non tantum ad restitutionem pecuniae acceptæ, ut vult
Ant. Fab. ad b. tit. defin. 51. sed & ad interesse, arg. l. 1. §. 5. ff. de superfic.
quia contractus onerosus, nequaquam lucrosus, tenetur.

LXII. Et si (5.) **VITIOSUS**, per redhibitoriam, Oldendorp.
in tab. action. verb. emphyt. p. m. 1129.

LXIII. Aut deniq; (6.) si suprà dimidium justæ pensionis læsus,
per l. 2. C. de rest. vend. meritò ei prospiciendum esse censemus. Quæ
sit autem justa pensio ex Nov. 7. c. 3. discendum.

LXIV. (7.) Quod fundo totaliter sublato, à pensione & canone
liberetur, *l. 1. C. b. t. juxta rythmos: Si perit res totaliter liberatur emphy-*
teuta: Si perit pro parte, nullâ libembitur arte. Idem juris est, si per
hostes occupatus Sich. *ad rubr. n. 31. C. b. t. Donell. lib. 9. c. 14. lit. n.*
vel inundatus perpetuò esset, modò id contigerit sine culpâ emphy-
teutæ, e. g. si non in ripâ muniendâ, aut insulâ protegendâ, diligens,
ut esse debuerat, non fuit, *Ant. Fab. def. 37. C. b. t.* secùs si spoliatus
duntaxat, viq; de possessione dejectus, quia remediis juris fundum re-
cuperare potest, *Ant. Fab. d. def. n. 33. C. b. t.*

LXV. (8). Quod emphyteuta antiquus, si amisisset emphyteusin,
tantundem offerens, quantum alius extraneus, sit præferendus novo
l. congruit 4. C. de loc. fund. civ. v. Boér. decis. 107. Gail. 2. obs. 148.
Honded. conf. 51. vol. 1. n. 6. & alleg. à M. Berl. decis. 68. n. 3. ubi præ-
supponit finiri morte emphyteutæ emphyteusin, quò nihil alienius
à jure.

LXVI. J U R A & commoda emphyteutæ respectu EXTRANEORUM
competentia quod attinet, ea in primis in eo consistunt, quod
pro dominis & possessoribus rerum immobilium habeantur, uti exin-
dè colligere licet, (1.) quod non teneatur satis dare, *l. sciendum 15. §. 2.*
ff. qui satisd. cog. (2.) quod habeat arborum furtim cæsarum actio-
nem

nem l. cadere §. §. 3. ff. arbor. furt. cas. (3.) judicium aquæ pluviae
arcendæ, d. l. 5. l. quod principis 23. §. 1. ff. de aq. pluv. arc. (4.) danni
infecti l. qui bona 13. §. superficiarium 8. ff. de daman. inf. (5.) Operis
novi nunciationem arg. l. 3. §. pen. ff. de oper. no. nunc. (6.) familie
erciscundæ l. 10. ff. fam. ercisc. (7.) communi dividendo, l. 2. ff. com.
divid. (8.) finium regundorum, d. l. 5. §. 3. ff. arb. furt. cas. (9.) Inter-
dictum de vi & de vi armatâ, l. 1. §. generaliter 4. 5. ff. de vi & vi arm.
(10.) quod vi aut clam, l. 11. §. fin. cum ll. seqq. ff. quod vi aut clam. (11.)
de loco publico fruendo, si publica emphyteusis, t. t. de loc. publ. fru.
(12.) actionem quæ est de fundo vectigali, l. 66. ff. de evict. Rubr. si ager
vectig. (13.) & generaliter omnes actiones utiles, l. 16. §. f. ff. de pi-
gnerat. aet.

LXVII. **JURIA** & utilitates, quæ ex hoc contractu promanant
dominis adversus emphyteutas in seqq. potissimum versantur, (1.) In
eo, quod emphyteuta à contractu resilire, & agrum deserere non pos-
sit, N. 120. c. 28. ibi: si verò refugiat in f. adde & Ant. Fab. in su. Cod.
hic, definit. 1. sed cautè, quia est in domini arbitrio agere vel ad im-
plementationem, vel ad rescissionem contractus.

LXVIII. (2.) quod retineat proprietatem, l. si domus 71. §. pen.
ibi: quamvis fundus vectigalis municipum sit, ff. de leg. 1. l. 1. ibi:
quamvis domini non efficiantur ff. si ager vectig. l. si finita 15. §. si de
vectigali 26. ibi: nec dominium capere possidendo ff. de damn. inf.
Const. Elect. 39. p. 2. ibi: vnd behelt der Echtherr darevff den Eigen-
thumb directum dominium. Nec obstat l. f. C. defund. patrim. non
quia speciale, ut opinatur Donell. lib. 9. c. 14. lit. k. cum Valasc. tr. b.
q. 13. Castill. de usufr. c. 75. n. 28. sed quia ibidem Imp. ex munifi-
centiâ donant emphyteutis jure privato fundos emphyteuticos. Unde
formula instrumenti emphyteutici, quam posuit Adam Volck. in sua
arte Notar. in fol. p. 1. c. 24. propter verbum eigenhümlch/ non est
apta & conveniens emphyteusi, sed magis censualem contractum in-
fert, proinde ab eo in praxi cavendum.

LXIX. (3.) Itemq; possessionem, scilicet per emphyteutam. Ele-
ganter l. 15. §. 26. ibi: non jubendum possidere; sed decernendum, ut
eodem jure esset, ff. de dam. inf. ibi Jas. junct. l. 5. §. 6. ut in possess legat.
serv. quæ ex illâ magnam accipit lucem, Corn. decis. 49. n. 10. Ant. Fab.

D

in suo

in suo Cod. def. 23. Diss. Sichard. ad rubr. n. 8. C. b.t. Coler. de process. execut. p. 3. c. 12. n. 96.

LXX. (4.) In jure percipiendi & exigendi canonem suis quibusq; temporibus sine diminutione l. 3. *C. de fund. patrim.* Diss. Fach. lib. 1. c. 90. solvendum vel ipsi domino, vel ejus procuratori, Ant. Fab. *in C. b. def. 19.* & rerum administratoribus, l. 1. *C. de off. com. Pat.* in pecuniā, l. 2. ibi: pecunias, *C. b.t.* Alvarot. tr. *de emphyt.* q. 1 n. 7. Diss. Sichard. *ad rubr. n. 13. C. b.t.* Idque non vi actionis hypothecariæ, quia tacitam hypothecam non habet, arg. *l. quicung. 7. C. de fund. patrim.* Valasc. q. 4. n. 6. Coler. *decis. 24.* sed vigore condictionis ex lege, l. 1. *C. b.t.*

LXXI. (5.) Et in eo commodum ex hoc contractu sentit dominus, quod tributum, si quod solvendum de fundo, conjiciat in emphyteutam, Donec. lib. 9 c. 14. lit. O. Fachin. l. 1. c. 91. & alii relati à Caspar. Glocken *in 5. diss. de contribut. th. 24. per l. 2. C. b.t.* Sed majoris informationis ergo quærimus (1.) cur d. l. 2 loquatur disjunctivè vel alternativè per vocabulum **V E L?** (2.) quare res emphytéutica possit alienari propter præstationes publicarum functionum, ut dicitur *in Nov. 120 c. 7.* An quia de præteritis tributis hoc intelligendum, autoritate glos. quo de casu tamen agitur in c. præced.

LXXII. (6.) Quod neq; canone, per se vel per alium, Tiraq. *de retract. §. 1. gloss. 9. n. 295. per l. 39. de negot. gest.* Diss. Joan. *rer. quot. c. 8. n. 12.* soluto, per totum triennium, si publica & privata emphyteufis, vel biennium, si ecclesiastica, à tempore contractus numerandum, Corbut. *tr. de caus. amit. emph. c. 15. q. 1.* neq; præstitis quietantiis publicarum functionum, domino volenti competit jūs expellendi emphyteutam, *per l. 2. C. b. t. & Nov. 7. & 120.* et si minor, l. 23. *C. de admin. tut. vid. Odd. de rest. in integ. qq. 22. art. 3. n. 22 q. 89. n. 78.* vel partem solvisset, Sich. *ad l. 2. n. 6. C. b. t.* M. Berl. p. 2. *præf. concl. 46. n. 18.* vel unus heredum suam quotam, Sich. *d. l. n. 7.* Ant. Fab. *in suo Cod. defin. 10. in f. arg. l. 7. ff. comm. divid.* Diss. M. Berlich. *cit. l. n. 39.* Fallit tamen (1.) si moram purgaret ante declarationem domini celeri satisfactione, c. f. ext. *de loc. cond.* quod licet loquatur de emphyteusi ecclesiasticâ, multò magis tamen de civili exaudiendum, (2.) si pacto tempus vel prolongatum vel coangustatum, Sich. *ad l. 2. n. 13. C. b. t.* vel (3.) potestas expellendi sublata, (4.) si duo de domino li-

atio litigassent, & emphyteuta se obtulit utrique se paratum solvere, pro quo judicabitur, vid. Ant. Fab. in su. C. b. t. def. 26. (5.) si dominus mortuus sine herede, vel (7.) incarceratus, vel (8.) compensationem opponeret emphyteutæ, Marcel. à Cal. de mod. articul. §. 2. gloss. un. n. 962 p. (m) 578. avi (9.) ignorantiam rei emphyteutici opponeret, Corna. decis. 210. in f. (10.) deniq; si dominus sine declaratione voluntatis suæ decessisset, M. Berl. p. 2 pract. concl. 46. n. 14. 15. & (11.) si renunciasset juri suo, d. l. 2. ibi: volenti, & N. 120. c. 8. vers. si ve ò noluerit. Id quod facit, si recipit canonem futuri non præteriti temporis, l. 4. § 7. l. 2. §. non modo ff. de dol. ma. except. junct. l. 6. §. 1. & l. 7. ff. de leg. commiss. Fach. 1. c. 99. Diss. Ant. Fab. def. 16. vid. M. Berl. p. 2. pr. concl. 46. n. 11.

LXXIII. Cæterum, non levis est controversia: Num proprio ausu dominus expellere possit emphyteutam? Verum nos negativam, quam approbavit Elect. Aug. in Const. 38. p. 2. tuebimur, eò, quod nullibi ejusmodi potestas dominis attributa, & verba l. semper legaliter, & ita quidem, ne pax publica lœdatur, interpretanda, l. non singulis, de R. J.

LXXIV. Quod canon sine admonitione sit solvendus, d. l. 2. & quod ab emphyteuta solutio probanda, & quidem scripturâ, Bl. conf. 210. proponitur vol. 1 Crav. conf. 112. vol. 1. Mascard. de prob. tom. 2. conclus 602. & 604. Diss. Hillig. ad Donell. l. 9 c. 15. lit. g. cit. Valasc. q. 25. & Clar. §. nost. q. 45.

LXXV. (7.) Quod in præd. casu non factæ solutionis emphyteuta amittat meliorationes, easque lucretur dominus, d. l. 2 sicuti & multò magis fructus, à momento factæ declarationis voluntatis, licet interim eosdem percipiat & suos faciat, donec sententia privativa in rem judicatam eat, Fach. 1. contr. c. 94. & Corna. decis. 142. P.P. Bus. ad l. 2. ff. si ager vect. Coler. de process. exec. p. 1. c. 5. n. 23. Diss. Vasq. lib. 3. contr. 64. Sich. ad l. 2. n. 16. ubi nobis etiam atque etiam commendat hanc Br. practicam: Peto, ut per sententiam judicis declaretur reum conventum non solutum pensionem, jure emphyteutico cecidisse; ideoque condemnandum, ut fundum vacuum relinquat, & det pensionem triennalem, unà cum fructibus à tempore declarationis perceptis.

LXXVI. (8.) In eo magnam percipit utilitatem, quod jus protimiseos habeat præ vicino, Fusc. in sing. 13. lit. E. si emphyteuta vult alienare meliorationes, modò post denunciationem intrà duos menses animum suum aperuerit, l. 3. C. b. t. Num quinquagesimam petere possit, si jure protimiseos uti nolle? quærenti ex nobis, respondemus quod non: Quia sine lege loqui erubescimus.

LXXVII. (9.) Quod emphyteuta alienans, & tradens, (nam quod nuda alienatio præcedere debeat, ex eo apparet, quod domino verum rei premium, quod ab alio habet, prædicere debeat: quod impossibile, si cum nullo alio anteà convenerit) meliorationes sine consensu domini, cadat jure emphyteutico d.l.3. S. f.

LXXVIII. Sicuti & (10.) amittit jus suum, quando falsum rei premium significaverit domino, d.l.2. ibi: quantum revera, &, sin autem aliter in f. C. b. t. Guid. Pap. decis. 171. Tiraq. de retr. S. 4 gl. 2. n. 2.

LXXIX. (11.) Quod emphyteutam immittentem in fundum emphyteuticum novum emphyteutam, in quem jus suum transtulit, sine requisitione domini, & non expectatâ declaratione ad duos menses, Sich. ad l. 3. n. 24. 25. C. b. t. W. es. vol. 2 conf. 66. n. 27. plectere possit ammissione emphyteusis, d. l. f. maximè, si ut res allodialis alienata, Corona. decis. 210. n. 2. etiamsi à fisco vel ecclesia eam haberet, ne fiscus deterioris conditionis sit privato, licet contrarium defendat Sich. ad l. 3. C. b. t. n. 15. ex l. 1. C. de fund. patrim. quæ tamen quadantenus correspondat per l. n. f.

LXXX. In omnibus autem hisce posterioribus ex l. f. desumtis casibus, emphyteuta meliorationes suas non amittit, tūm, quia in d.l.f. nihil de hāc pœnā dictum; tūm, quia exceptio, quæ habetur in l. 2. C. b. t. firmat regulam in casibus non exceptis. Et licet Dd. comm. tradant, emphyteutam ob dolum vel culpam perdentem emphyteutin, etiam amittere meliorationes, Franch. decis. 191. Fachin. l. r. c. 912. Gartz. de expens. c. 6 n. 20. 21. Attamen, quia textu, qui hoc dicat, destituimur, & nostrum alias est, ut simus in dictandis pœnis mitiores: Ideò nolumus dupli virgâ punire emphyteutam, maximè cùm non desint qui statuant, quod ne quidem in casu l. 2. amittat melioramenta, v. Ant. Fab. in su. C. b. t. def. 24. & Tileman. disp. 15. tb. 37. Illud ex his consectarium est, quod emphyteuta necesse non habeat meliorare fundum,

LXXXI.

LXXXI. Jus etiam (12.) expellendi emphyteutam ob deteriorationem nascitur domino, l. 24. C. de SS. eccles. N. 120 c. 8. Hackel diss. 4 tb 2357. Hart. Pistor. lib. 1. qq. 28. Donell lib. 9 c. 14 lit. D. Ant. Fab. def. 11. Joh. Bapt. Cost. tr. de quod. & rat. q. 145 n. 11. Reform. Francof. p. 2. tit. 15. §. 5. ibi: Als sein eigen trewlt. zu halten/ ver Schaden vnd allen Nachtheil zu versorgen: Diss. Myns dec. 3. resp. 28 n 29 Thoming. decis. 52 Myns 6 obs 86 Menoch. cas. 28. Petr. de Fideic q. 10. n. 69. Gam. decis. 342.

LXXXII. An (3) Jus expellendi etiam detur domino ex inficiatione emphyteutae, si inficiatus convictus fuerit? anceps & dubia est quæstio. Pro affirmativa valde pugnat c. vasallus, si de feud. content. fuer. int. dom. & agn. 2. F. 26. vi vulgatae & reciprocæ collectionis à feudo ad emphyteusin. Everhard. in top. leg. tit. 29. sed pro negativâ posset allegari ratio diversitatis inter vasallum & emphyteutam, quod ille negando fiat perjurus, hic verò neutquam, v. tamen fodes Maynard. decis. 52. lib. 6. pertot. Viv. decis. 229. Toming. decis. 52. Afin. in prax. Exec. § 7. c. 24. n. 2. & Achil. Pers. tr. de adipis. poss. n. 314. ubi assertit jus esse domino propriâ autoritate expellere emphyteutam, ne-gantem se esse emphyteutam.


LXXXIII. Quod jus suum (14.) transferat in heredes & in extraneos irrequiso emphyteuta, Sich. ad l. 3. n. 8. C. b. t. sed sine exactione quinquagesimæ, Coler. decis. 33. n. 37. v. tamen Const. Elect. p. 2. const. 29.

LXXXIV. (15.) Quod consequatur quinquagesimam partem pretii vel æstimationis loci ab emptore, opinione Coler. decis. 37. n. 4. pro immissione, aut attestatione ratione immissionis, secundum præscriptum modum in l. 3. C. b. t. factâ, quando emphyteuta jus suum in alium transtulit, d. l. f. C. b. t. Græci vocant εἰσδεκτον nostri barbaræ & non sine errandi causâ Laudemium, Saxones Germani Lehnwahr/ rectius Beglesen vnd Handlesen, secundum Sich. ad l. 3 n. 20. C. b. t. Noribergæ, Handlohn/ alibi Ehrschatz/ in Bavariâ Anleid. Undè hodiè in Electoratu & ducatu Saxonie non amplius 2. pro centum, & 20. de mille, quæ quinquagesima pars, sed quinq; pro centum, & 50. pro mille solvendi sunt floreni, teste Coler. decis. 33. n. 3. Hart. Pist. lib. 1. qq. 50. Ant. Fab. in C. hic defin. 8. Quid si quinquagesima non soluta, inciditne in commissum fundus? N. rectè Ant. Fab. in C. hic def.

57. Quid si minor summa pretii, ad hoc, ut dominus minorem quinquefimam consequeretur, domino insinuata? Responsonem vide apud M. Berl. *decis. 12.* Et haec sunt quoq; jura domino competentia; restat ut videamus, quisnam Judex controversiarum inter dominum & emphyteutam super jure emphyteutico exortarum? Nos missis Dd. opinionibus, quas videre licet apud Myns. *decad. 8. resp. 88. n. f.* respondemus per distinctionem: Inter actionem personalem, aut realem. Nam si personalis movetur, forum rei seu adversarii adeundum: Sin verò realis, judicem territorii vel loci, in quo situs est fundus, implorandum esse censemus.

LXXXV. FINITUR emphyteusis vel culpâ emphyteutæ, vel sine culpâ, & voluntariò vel invitè. Quot modis per culpam extinguitur, ex suprà allatis petendum & discendum. Sine culpâ emphyteutæ evanescit (1.) fundo totaliter extincto, (2.) tertio successore in ecclesiasticâ temporali sublatto. (3.) tempore finito, Donel. *lib. 9. c. 15. lit. A.* Treutl. *disp. penult. vol. 1. th. 10.* Sed hunc modum leges non agnoscere, neque salvâ emphyteusi agnoscere posse, Wesemb. *conf. 3. n. 62. vol. 1* suprà innujimus. Unde supervacuum quarrere: Num taciturnitate domini, finito tempore emphyteusi præstituto, redintegretur emphyteuticus contractus, Tileman. *disp. 15. th. 11.*
Et tantum de hac materia.

Aīzā tō Θεῶ.



Ad

600

Ad Politiss.

Dn. RESPONDENTEM.

Vnde Mars regnat, Musæq; jubentur abire
Lipsenses, suanunc & loca deserere.
VT tamen interea Musas non deseris audax
Sed pergis studiis invigilare tuis.
Scilicet officium hoc voluit, maternaq; jussa,
Hamburgi svadet mysticus ordo Virum.
Tempora temporibus nunc aptas ; differis apte
Emphytesin : miles nam fugat agricolas.
Hinc agris lotum & steriles dominantur avenæ
Indignus pretio redditur omnis ager.
Gratulor ergo tibi : veneror Numenq; sacratum
Supplex ut nobis tempora det placida?

Quirinus Schäfer / U. F. D.

Præstantissimo & eximiè Erudito Dn. HIERONYMO BOTTICHERO LL. Prolytæ, Amico suo
pl. honorando, de *Jure Emphyteutico*
disputaturo.

Quid sint iure novonunc perpetuaria iura,
Quid valeant, doctè discutis ore, manu.
Laude patrissabis. Laudo: Tua patria quondam
Te colet, ut magnum perpetuumq; decus.

Gratus

Gratulor atq; precor, redeat pax, (annue Jova!)
Perpetua, ut jura bæc sint tibi perpetua!

Ita animitus bona scœvæ ergo gratulatur

Gothofredus Fibigius U. J. D.

I.

L Audo tuos ausus, grator, sed pergere perge,
Sic tibi cum patria fama perennis erit.

II.

Ein jeder lobe was; Ich lobe ewre Thaten/
Herr Böttger/ so euch sind durch fleiß sehr wol gerathen/
Ich wünsche viel gelück! farht fort mit solchem Fleiß/
So wird dem Vaterland/ vnd euch allein der Preis.

Jobannes Fridericus am Ende
Med. Lic.

H aud unquam mundo tam ferrea secta fuere,
Quam quæ nunc hominum turba maligna movet.
Haud unquam passa est Academia nostra ruinam
Tantam, tamq; fuit Civibus Orba suis,
Ult nunc; Hinc magnam laudem BOTICHERE mereris,
Quod pergis studiis invigilare bonis.
Cumq; iterum Themidos jam scandis pulpit a docte
Defendens nostræ Juræ sacrata DE Æ.
Gratulor huic operi, voveo, & fore spondeo. de TE
Gaudeat ut Patria cum Genitrice brevi.

Pauca hæc

Præstantissimo, Politissimo atq; Doctissimo Domino HIE-
RONYMO BOTICHERO, Amico suo inter paucos fi-
delissimo, atq; commensali suayissimo

gratulabundus adjecit

Carolus Sigismundus à Stenzsch
Eques Sil. in Freystadt.

Fac



R01

Fac aliquid, sic votat^x, HIEROMYME, Matris;
Fac aliquid, ne sint irrita vota, boni.
Quin facis, & fundi memor es pactiq; Camoenarum,
Annua, quæ cupiunt, te soluisse sibi.
Excolis hunc, ergo fundo hoc, quia mergite pleno
As. portas fructum, perpetu^d fruere.
Et Musis sua si solvis, ceu solvis; abunde
Et tua procura post simul inde bona.

Ita

Amico veteri & integerrimo ani-
mitus gratul.

Christianus Augustus Furschus
Eq. Lüneb.

Dum ferrum, flamas Hostes mortemq; minantur,
Et lenta cinctos obsidione premunt.
Dum Civis muros scandunt cum milite, & arma
Arma vocant, vallo præsidiumq; locant.
Prensanturq; foris Urbes, miseriq; fugantur
Agricola Casulis, Prædia prædo rapit.
Dum fortis Capaneus sacrata habitacula Musis,
Extrusis mystis, militem habere facit.
Dum tua (Diva Themis!) canos venerata per annos
Limina vi misere dilacerata ruunt.
It clamor cælo, veniamq; altaria circùm
Quisq; nova poscit religione Deum.
Pieridumq; fides suspendit cœtus, & ora
Suffundit lacrymis, Pindus & ipse gemit.
Præses Apollo Lyram renuit, Responsa nec ulla
Poscere, vel Clario lambere fonte licet.
At tu nequicquam tantis perterritus ausis
Eunomia strenuo Sacra labore facis.

E

Nec

Nec sylvas metuis telorum, at posse sub umbra
Horum ritè tuum munus obire putas.
Scilicet hoc animi est illis, quibus Enthea Virtus
Nititur è vulgi pulvere ferre caput.
Quem virtus stimulat, quemq; illicit ardor honesti,
Nullis à metà vertitur ille malis.
Cœlum si ruat, & rumpatur machina mundi,
Mens Virtutis amans unacademq; manet,
Macte bonis ausis, Macte hac Virtute, Coronâ
Promeritâ cinget mox Themis ipsa Caput.

Observantie & affectus in Prastantissimum atq; Doctissimum
Dnm. Respondentem, Consalimum suum longè suauissimum, contestandi causa, hæc gratula-
bundus adjectit

Johannes Philippus Lygio-
Siles.

HIERONYMUS BOTICHERUS.

Per Anagramm.

IN HOC JUS MERO THURE IBIS.

Cum Musis odium exercet Lipsensibus altum
Mors, hinc ad Pestem talia verba sonat:
Vertere conabor Musarum pulpita, Pestis
I! virūs mitte in corpora docta tuum,
Obsequitur Pestis, dat quædam funera morti;
Sed mox insidias sentit Apollo Necis
Protegit ergo suas salvo medicamine Musas,
Pestem depellens, omne necisq; malum.
Æstuat irarum flammâ Mors pulsa, vocatq;
Martem, sic illi, sis meus ulti! ait.

Annuit

602

Annuit ad mortis mandatum, & cingitur ense
Mars, ac ut veniant arma viri q; jubet.
Novi, inquit, Musas, nil curant arma virosq;
Exercet telum certus Apollo suum,
Sunt dulces Musæ, spargentes semper odores
Dulces, ac ipsis nil nisi dulce placet.
Quo fugiant igitur fœtores undiq; magnos
Efflabo, ipsorum fœtitia regna dabo
Experiamur, ait, piceatas ferte coronas
Ferte & bombardas, pulvere ferte nitrum!
Ac simul incendit pagosq; casasq; facesq;;
Fument & fœtent faxque nitrumque casæ,
Exemplò Musas fætor vexatque fugatque:
Ast turpem prohibet divus! Apollo fugam,
Mittam fœtorem pellentia thura, Sorores
Sistite! Parnassi thura sacrata dabo.
Pulpite defendet nam jus Boticherus alto
Qui musis addet nil nisi Thura meis
Ergo mero in jus hoc ibis, Botichere, thure
Fumanti thuri gratulor, ecce! tuo.

Hisce Prestantissimum & doctissimum
Dn. Respondentem gratulatur

Christianus Fabricius Camentio-
Lusat. LL. Stud.

F I N I S.

2111

X2615937

KD77


Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

Centimetres

Inches



XL. 5850
e Christo
URIDICA 1632, 4 9
ACTUS
VTICI,
que Magnifici,
sconsultorum Ordinis,
Lipsiensi,
RE
Excellentissimo
ACHERO, Phil,
idicæ Assessore,
cutiendam
OTICHERUS
XO,
is, die 16 Februarii,
VII.
—
LANGKISCH.